

1340. Le franciscain Jean de Marignoli construit une église à Almaliq, capitale de Tchagataï, et arrive en 1342 à Péking accompagné de trente-deux personnes; sa venue est mentionnée pendant la 2<sup>e</sup> année Tchi-Tcheng dans l'Histoire chinoise (*Yuan-chi-lei-pien*, k. X, fol. 16) :

..... pervenimus in *Cambalec* ubi est summa Sedes Imperii orientis, de cuius magnitudine incredibili, et populo ordine militum fileatur. Maximus autem Kaam, visis dextrariis, et donis Pape, et litteris bullatis, et Regis eciam *Roberti* cum auro, et nobis, gavisus est gaudio magno, valde reputans bonum, ymo optimum omne, et summe nos honoravit. Ego autem solemniter indutus cum Cruce pulcherrima que me precedebat cum luminaribus et incenso cantando : *Credo in unum Deum*; intravimus coram illo Kaam in glorioso pallacio residente, et, cantu finito, largam dedi recipienti humiliter benedictionem. Et sic missi fuimus ad Imperiale aulam, nobis honorabiliter preparatam, assignatis duobus principibus, qui nobis in omnibus necessitatibus habundantissime ministrabant in cibis et potibus... et sic per annos quasi quatuor servierunt infinitis honoribus vestibus preciosis pro nobis et familiis extollendo. Et si bene omnia computarem, ultra valorem expendit quatuor millium marcarum pro nobis, eramus persone triginta due. Fuerunt autem disputationes facte contra *Judeos*, et alias sectas multe et gloriose, sed et multus animarum fructus in illo Imperio factus est. Habent etiam fratres *Minores* in *Cambalec* Ecclesiam Cathedralem immediate juxta palacium, et solemptem Archiepiscopatum, et alias Ecclesias plures in civitate, et campanas, et omnes vivunt de mensa Imperatoris honorice valde. . . vel alius mitteretur Cardinalis solemnes cum plenitudine potestatis, et esset Episcopus, quia illum gradum summe vene-